



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

IX. De defensore ecclesiarum a principe postulando.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

De consec.  
dist. 3. Pla-  
cuit vt dies  
venerabilis.

subscriptio omnibus intimetur : dies vero Con-  
cilio, vndecimo Kalendarum Nouembris serue-  
tur : & scribendum ad singularum quarumcum-  
que prouinciarum primates, vt quando apud se  
Concilium congregant, istum diem non impe-  
diant.

## VIII.

Conc. Afr.  
c. 41.  
7. q. 1. Con-  
stitutū est  
vt nulli.  
23. q. 3. Ab  
imperatoribus vniuer-  
sis.

Item constitutum est, vt nulli intercessori lici-  
tum sit cathedram, cui intercessor datus est, qui-  
buslibet populorum studiis vel seditionibus re-  
tinere, sed dare operam, vt intra annum eisdem  
episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno  
exempto, interuentor alius tribuatur.

## IX.

Conc. Afr.  
c. 42.

Ab imperatoribus vniuersis visum est postulan-  
dum propter afflictionem pauperum, quorum  
molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, vt  
defensores eis aduersus potentias diuitum cum e-  
piscoporum prouisione delegentur.

## X.

Conc. Afr.  
c. 43.  
Dist. 18. Pla-  
cuit, vt  
quoties-  
cumque.

Item placuit, vt quotiescumque congregan-  
dum est Concilium, episcopi qui neque atate, ne-  
que ægritudine, neque alia grauiori necessitate  
impediuntur, competenter occurrant, primati-  
busque suarum quarumcumque prouinciarum in-  
tinetur, vt de vniuersis episcopis vel duæ, vel  
tres fiant turmæ, ac de singulis turmis vicissim,  
quotquot electi fuerint, ad diem Concilii instantif-  
sime occurrant. Quod si non potuerint occurre-  
re, excusationes suas in tractatoria subscribant: vel  
si post aduentum tractatoriæ aliquæ necessitates  
repente